113 [=78] Strongoli ad palatium urbis praesulis.

M̂ · M E C O N I O · M̂ · F
M̂ · Ñ · M̂ · P R O Ñ · C O R
LEONI
AED · I̅I̅I̅I̅ VIR · LEG · COR · Q · P · P
PATRONO · MVNICIPII
I̅I̅I̅I̅ VIR · Q Q
DECVRIONES · AVGVSTALES · POPV
LVSQVE · EX AERE · CONLATO
OB · MERITA · EIVS

Kaibel contulit. Gualterus n. 312 = 388 (ex eo Fabrett. 463, 93; Spon p. 196; Orell. 3677) eodemque exemplo cod. Barber. 30, 92 p. 71 (inde Suaresius cod. Vat. 9140 f. 216′); Ughelli Ital. sacra 9, 515; Gorius xenia epigraph. (Ienae 1753) p. 43 n. 156 ex cod. bibl. Strozzianae.

V. l. dedi Gualteri et Kaibeli. — 1. 2 M̂ Kaib., M Gualt. quater. — 4 Q·P·P Kaib. Fabrett., O·P·P Gualt. — 5 PA//ƆNO Kaib. — 8 QVE om. Gualt.

114 [=79] cippus quadratus tribus lateribus scriptus. Strongoli ante aedem maximam GVALT. Rep. a. 1498 FABRIC. Nunc in ecclesia S. Alexii.

M̂ · MECONIO · M̂ · F
COR · LEONI
AED · I̅I̅I̅I̅ VIR · LEG · COR
QVAEST · PEC · P ❦
PATRONO · MVNICIPI ❦

AVGVSTALES · PATRONO
OB MERITA EIVS
L · D · D · D

in latere dextro:

KAPVT · EX TESTAMENTO
HOC · AMPLIVS · REI · P · PETELINORVM DARI VOLO
HS · X̄ · Ñ · ITEM · VINEAM CAEDICIANAM CVM
PARTEM · FVNDI POMPEIANI · ITA VTI · OPTIMA MAXI
MAQ · SVNT · FINIBVS SVIS · QVA · MEA FVERVNT · VOLO AV
TEM EX VSVRIS SEMISSIBVS · HS · X̄ · Ñ · COMPARARI · AVGVS
TALIVM LOCI · Ñ · AD INSTRVMENTVM TRICLINIORVM DV
VM QVOD EIS ME VIBO TRADIDI CANDELABRA ET LVCERNAs
BILYCHNES ARBITRIO AVGVSTALIVM QVO FACILIVS STRATIo
NIBVS PVBLICIS OBIRE POSSINT QVOD IPSVM AD VTILITATEm
REI · P · Ñ · PERTINERE EXISTIMAVI FACILIVS SVBITVRIS ONVS AVGVs
TALITATIS DVM HOC COMMODVM ANTE OCVLOS HABENT
CETERVM AVTEM TEMPORVM VSVRA SEMISSE HS · X̄ · Ñ AD INSTRu
MENTVM AVGVSTALIVM ARBITRIO IPSORVM ESSE VOLO QVo
FACILIVS MVNVS MEVM PERPETVVM CONSERVARE POSSINT
NEQVE IN ALIOS VSVS VSVRAS QVAS ITA A · RE · P · ACCEPERINT TRA
FERRI VOLO QVAM SI NECESSE FVERIT IN PASTINATIONEM
VINEAM QVOQ · CVM PARTE FVNDI POMPEIANI SIC · VT SV
PRA DIXI · HOC AMPLIVS AVGVSTALIBVS LOCI · Ñ · DARi
VOLO QVAM VINEAM VOBIS AVGVSTALES IDCIRCO DARI
VOLO QVAE EST AMINEA VT SI COGITATIONI MEAE QVA PRO
SPEXISSE ME VTILITATIBVS VESTRIS CREDO CONSENSERITIS
VINVM VSIBVS VESTRIS DVM TAXAT CVM PVBLICE EPVLAS EX
ERCEBITIS HABERE POSSITIS HOC AVTEM NOMINE RELEVATI · IN
PENDIS FACILIVS PROSILITVRI HI QVI AD MVNVS AVGVSTALITa
TIS CONPELLENTVR LOCATIO VINEAE PARTIS POMPEIANI VINe
AM COLERE POTERINT HAEC ITA VT CAVI FIERI PRAESTARIQVe
VOLO HOC AMPLIVS AB HEREDIBVS MEIS VOLO PRAESTARi
REI · P · PETELINORVM · ET · A RE · P · PETELINORVM CORPORI AV
GVSTALIVM EX PRAEDIS CETERIS MEIS PALVM RIDICAm
OMNIBVS ANNIS SVFFICIENS PEDATVRAE VINEAE
QVAM AVGVSTALIBVS LEGAVI

in latere sinistro:

a vOBIS AVTEM AVGVSTALES PETO HANC VOLVNTATEM
MEAM RATAM HABEATIS ET VT PERPETVA FORMA OBSER
VETIS CVRAE VESTRAE MANDETIS QVO FACILIVS AVTEM
NOTA SIT · CORPORI VESTRO HAEC · ERGA · VOS · VOLVNTATEM
TOTVM LOCO KAPVT QVOD AD VESTRVM HONOREM PERTI
NET

Contuli ad ectypum, quod sumpsit Kaibel. Fabricius mon. ant. ed. 1549 p. 12 (inde Scaliger cod. Lugd. p. 277) omissa antica, qui descripsit (ex schedis scilicet) Romae apud Bernardinum Vallam; cod. Waelscapple f. 96 praemittens 'missum exemplar huius marmoris della Rocca ad Hadrianum Guilhelmi'; Parisius rar. m. Gr. numism. ed. 1683 (ed. pr. 1592) p. 30 (Grut. 437, 6 v. 1—8, 215, 2 v. 9—46 ex Parisio et schedis Scaligeri, afferens in corr. ed. 1 v. l. eorum qui viderunt et descripserunt); Gualterus n. 313 ed. Panorm., n. 389. 391 ed. Mess. (inde Spon p. 196) eodemque opinor exemplo, sed corrupto cod. Barb. 30, 92 p. 71 (inde Suaresius cod. Vat. 9140 f. 216′; cf. Marini Arv. p. 304 n. 361); Fabrettius 404, 305. 306 (inde Orell. 3678) ad exemplum Gualteri a Dominico Sabbatino Strongolensi cum lapide collatum, sed corruptum magis quam correctum; Ughelli Ital. sacr. 9, 515 qui anticam solam dedit (inde per Zavarronium Mur. 1116, 3); Mandelli Lucan. 2, 169 qui anticam solam exhibet; Capialbi opusc. 3, 196 ex editis. Testamentum Parmenionis quod auctores *voy. pittoresque de Naples et Sicile* 3, 102 Strongoli in foro viderunt, hoc ipsum sit necesse est.

12 fuit PARTEM, deleta littera factum est PARTE. — 15. 16 DV|VM, non DV*or*|VM. — 24. 25 TRA|FERRI, nec videtur admitti posse TRA*ns*|FERRI. — 27 spatium vacuum ante HOC AMPLIVS reliquit quadratarius sollemnibus exordii verbis deceptus; caput enim non hinc incipit, sed v. 26 a vocabulo VINEAM. — 33 PROSELITVRI Gualt. II, PROSPECTVRI Fabric. Waelsc. et sic Gualt. I. — 34 FVNDI ante POMPEIANI non est in lapide. — 44 VOLVNTATEM lapis, ut dedit Gualt. — 45 LOC/Ɔ·KAPVT Kaibel, LOCI·KAPVT priores fere, LOCVM·APVT Waelsc., LO// KAPVT ectypum.

M'. Meconio M'. f. Cor. Leoni aed(ili), IIIIvir(o) leg(e) Cor(nelia), quaest(ori) pec(uniae) p(ublicae), patrono municipi. Augustales patrono ob merita eius. L(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum). — Sequitur *kaput ex testamento.*

Hoc amplius rei p(ublicae) Petelinorum dari volo (sestertium) X (milia) n(ummum), item vineam Caedicianam cum parte fundi Pompeiani ita uti optima maximaq(ue) sunt, finibus suis qua mea fuerunt. Volo autem ex usuris semissibus (sestertium) X (milium) n(ummum) comparari [*in usum* excidit] *Augustalium loci n(ostri) ad instrumentum tricliniorum duum, quod eis me vibo tradidi, candelabra et lucerna[s] bilychnes*[1] *arbitrio Augustalium, quo facilius strati[o]nibus publicis obire possint. Quod ipsum ad utilitate[m] rei p(ublicae) n(ostrae) pertinere existimavi, facilius subituris onus Augu[s]talitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. Ceterum autem temporum usura[s] semisse[s] (sestertium) X (milium) n(ummum) ad instr[u]mentum Augustalium arbitrio ipsorum esse volo, qu[o] facilius munus meum perpetuum conservare possint; neque in alios usus usuras, quas ita a re p(ublica) acceperint, traferri volo quam si necesse fuerit in pastinationem.*

Vineam quoq(ue) cum parte fundi Pompeiani sic ut supra dixi hoc amplius Augustalibus loci n(ostri) dar[i] volo. Quam vineam vobis, Augustales, idcirco dari volo — quae est Aminea —, ut, si cogitationi meae, qua prospexisse me utilitatibus vestris credo, consenseritis, vinum usibus vestris, dumtaxat cum publice epulas exercebitis, habere possitis. Hoc autem nomine relevati inpendis facilius prosilituri hi, qui ad munus Augustalit[a]tis conpellentur. — Locatio vineae, partis . . . . Pompeiani[1] *vin[e]am colere poterint. — Haec ita ut cavi fieri praestariqu[e] volo.*

Hoc amplius ab heredibus meis volo praestar[i] rei p(ublicae) Petelinorum et a re p(ublica) Petelinorum corpori Augustalium ex praedis ceteris meis palum ridica[m] omnibus annis, sufficiens pedaturae vineae quam Augustalibus legavi.

[A v]obis autem, Augustales, peto, hanc voluntatem meam ratam habeatis et ut perpetua forma observetis curae vestrae mandetis. Quo facilius autem nota sit corpori vestro haec erga vos voluntatem [immo *voluntas*], *totum loco kaput, quod ad vestrum honorem pertinet*[2]. — Titulus hic recentior videtur eo qui praecedit, quoniam cum uterque eidem homini positus sit, is aedilis, IIIIvir lege Cornelia, quaestor pecuniae publicae, patronus municipii in utroque dicatur, summus autem honor quinquennalitatis absit ab hoc, in altero adsit. Unde cum necessario sequatur Augustales statuam hanc patrono suo vivo posuisse, caput ex testamento crediderim postea demum adiectum esse defuncto eo apertisque tabulis. Ordo honorum a solito non recedit, modo sumamus, quod sumere licet, quaesturam apud Petelinos muneris locum obtinuisse.

1) cf. titulus Clazomenius C. I. Gr. 3071: λύχνον χαλκοῦν δίμυξον.

1) Caput de locatione ita videtur omissum esse, ut prima tantum et postrema verba referentur.

2) '*kaput loco*' est opinor '*kaput lapidi incidendum curare heredes meos iussi*'.